Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/301822

26.

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

PETRI HARTING,

MEDIC. ET ART. OBSTETR. DOCT. ET IN FACULTATE PHILOSOPHICO-MATHEMATICA PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

GEORGIUS WOLFGANGUS CAROLUS DUCO VAN DEN SANTHEUVEL,

Mosa-Trajectinus.

A. D. IX M. OCTOBRIS, A. MDCCCLVIII, HORA II.

Trajecti ad Rhenum,

APUD J. DE KRUIJFF.

MDCCCLVIII.

TYPIS MANDAVERUNT L. E. BOSCH ET FILIUS.

THESES.

I.

Substitutio pupillaris initio erat quaedam substitutio vulgaris.

II.

Conjectura Cl. PUCHTAE (Pand. § 278 d.) in l. 5 § 10 D. de Instit. act. legendum esse: "ut discipulis . . . . . . impera*rem*" improbanda videtur.

III.

Institor non liberatur eo quod dominus solvendo esse desiit.

IV.

Legatum rei alienae, cujus commercium nec heres nec legatarius habet, valet.

V.

Negotia bonae fidei dolo inita non ipso jure sunt nulla.

VI.

Privilegio art. 1185 n°. 2 concesso neque horreorum, neque rerum incorporalium locator frui potest.

VII.

Legatum irritum fit si testator qui rem legatam vendidit defunctus est ea nondum tradita.

VIII.

Utroque parente superstite tutela secundum art. 421 Cod. Civ. locum non habet.

IX.

Non facio cum Cons. Oudeman, Opmerkingen en Mededeelingen X. 187, codicem mercatorium tunc demum contra mercaturam non exercentes probare, si res de qua agitur vel a reo generaliter agnita, vel ab actore quodammodo est probata.

X.

Non facio cum iis qui existimant indossatum, si secundum art. 211 Cod. Merc. valutae mentio facta non est, adsignantem convenire non posse.

XI.

Contractus inter vectorem itineris maritimi et magistrum navis est res mercatoria.

XII.

Si navis secundum aestimationem in polizza indicatam adsecurata est, omne quod in avariam grossam contribuere debet resarcire tenetur adsecurator, licet periti in computatione majorem aestimationem navi adscripserunt.

XIII.

Peregrinus qui forocessionem impetravit cautionem judicatum solvi praestare tenetur debitori sese opponenti.

XIV.

Curatores forocedentis non utique pauperum jure, remissis impensis litem agere, prohibentur.

XV.

Judex impensarum nomine ex officio condemnare nequit.

XVI.

Qui celat pretium rei furto ablatae delicti fautor haberi nequit.

XVII.

Qui rem alienam vendidit ignoranti, et curavit eam ab emtore ex fundo domini auferri, furti omnino tenetur.

XVIII.

Pater pro minore in causis poenalibus provocare potest.

XIX.

Art. 66 Cod. Poen. spectat etiam causas simplicis politiae.

XX.

Improbanda est interpretatio art. 92 Cod. Poenalis quam praebent CHAUVEAU et HÉLIE, Théorie du Code Pénal, Chap. XVIII § 1: "Si ce but n'est pas criminel, il peut être coupable d'une contravention aux lois de police, en procédant à un armement sans autorisation; mais il n'est pas coupable du crime puni par l'art. 92, crime qui puise son premier élément dans l'intention de faire usage de la force illégalement levée pour attaquer les pouvoirs de l'État.

XXI.

Termino promulgationis ex art. 169 Legis Municipalis neglecto, nihilominus statuta vim habere, defendo.

XXII.

Het is af te keuren dat tot Consul benoemd worden vreemdelingen en handeldrijvende personen.

XXIII.

Alle inmenging der regering in het bepalen der werkloonen heeft nadeeligen invloed.

1910961
A 1052578